Incipiunt pſalmi de paſſione dñi nri ihu

Deus deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti longe a ſalute mea verba delictorum meoꝝ. Deus meus clamabo per diem et exaudies et nocte et non ad inſipienciā michi. Tu autem in ſcō habitas laus ſup̄ iſrael. In te ſperauerūt patres noſtri ſperauerūt et liberaſti eos. Ad te clamauerūt et ſalui facti ſunt in te ſperauerūt et non ſunt confuſi. Ego autem ſum uermis et nō homo obprobrium hoīm et abiectio plebis. Omnis uidentes me deriſerunt me locuti ſūt labiis et mouerunt caput. Sperauit in dño eripiat eū ſaluum faciat eum qm̄ uult eum. Quoniā tu es qui extraxiſti me de uentre ſpes mea ab uberibus matris mee in te proiectus ſum ex utero. De uentre matris mee deus meus es tu ne diſceſſeris a me

Quoniam tribulacio mea proxima est quoniam non
est qui adiuvet. Circumdederunt me vituli
multi tauri pingues obsederunt me. Aperu
erunt super me os suum sicut leo rapiens et ru
giens. Sicut aqua effusus sum et dispersa sunt
omnia ossa mea. Factum est cor meum tamquam
cera liquescens in medio ventris tui. Aruit
tamquam testa virtus mea et lingua mea ad
hesit faucibus meis et in pulverem mortis
deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes
multi consilium malignancium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos dinu
meraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consi
deraverunt et inspexerunt in me diviserunt sibi ves
timenta mea et super vestem meam miserunt
sortem. Tu autem domine ne elongaveris auxi
lium tuum a me ad defensionem meam conspice.
Erue a framea deus animam meam et de ma
nu canis unicam meam. Salva me ex ore leo
nis et a cornibus unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis in me
dio ecclesie laudabo te. Qui timetis dominum lau